

pariter ampliamus. Nos igitur Johannes dei gratia episcopus ecclesiae Misnensis pensionem in castro nostro episcopali Mogelin gratia in melius dictam negligentiam deliberamus reformare, donantes appropriantes ac annectentes²⁾ altari et capellae dicti castri decem maldaria annonae sita in villis infrascriptis, videlicet in villa Menkewicz VI modios siliginis et XII modios avenae, in villa Honckendorff IX modios siliginis et XIII mod. avenae, in villa Strollen VIII mod. silig. et unum quartale silig. et XVI mod. avenae cum dimidio modio avenae, in villa Noez VIII mod. silig. et I quartale, XVI mod. avenae cum dimidio modio avenae, in villa Mittraw V mod. silig. et I quart. silig., X modios avenae cum dimidio modio avenae, in villa Technitz^{a)} III mod. silig. et III quart. silig. et VI mod. avenae cum dimidio modio avenae Dobelenensis mensurae, quae nostra pecunia comparavimus³⁾ a fratribus dictis⁴⁾ Windischewitz, singulis annis in festo Martini solvenda ac etiam versus Mogelin ducenda, et⁵⁾ singulis diebus rector capellae praefatae qui pro tempore fuerit missam servare tenebitur, ut incolae castri devotione maiori ac commoditate perfruantur. Et ut praenotatae capellae rector honestius vivere valeat ordinandum duximus, quod idem expensas⁶⁾ seu victualia cum magistro curiae seu capitaneo, quis eorum pro tempore fuerit, de eorum scutella habere debeat, et conscribere colligenda et distribuenda ad dictum castrum spectantia ac ea facere, quae notarius et scriba fidelis facere consuevit diligenter. Et ut praemissae erectiones⁷⁾ capellae ac reddituum et emolumentorum, ut praemissum est, ad ipsam spectantium perpetuae robur habeant firmitatis, hanc paginam sigilli nostri auctentici [appensione]⁸⁾ fecimus signari et nostri capituli sigilli in signum consensus⁹⁾ communiri. Actum et datum in castro episcopali Stolpin anno domini M^o.CCC^o.LXIX^o. tertio Nonas mensis Aprilis.

Et nos Heinricus praepositus, Nicolaus decanus totumque capitulum ecclesiae Misnensis praemissis omnibus et singulis voluntarium dedimus consensum appendentes nostrum sigillum et signum praemissorum. Actum et datum ut supra.

Nach Grundmanns Cod. dipl. episc. Misn. Vol. III. fol. 755 im K. Haupt-Staatsarchiv zu Dresden. Das Original oder eine alte Copie ist nicht aufgefunden und daher zu Herstellung des Sinnes die fehlerhafte Abschrift an einigen Stellen zu berichtigen versucht worden.

2) *exanectantes* Gr. 3) *comparamus* Gr. 4) *fratr. dans* Gr. 5) *ut* Gr. 6) *expensae* Gr. 7) *erectorum* Gr. 8) *appensione* fehlt bei Gr. 9) *insignium consensu* Gr.

a) Möckwitz, Höckendorf, Strölla, Nöthschütz, Miera, sämmtlich Par. Technitz, und Technitz bei Döbeln selbst.

No. 588. 1369. 22. Apr.

Die Markgrafen Friedrich, Balthasar und Wilhelm überlassen für 1400 Schock Gr. dem Bischof 110 Schock Gr. Jahreszinsen in den Städten Dresden, Freiberg und Döbeln auf Wiederkauf.

Wir Friderich, Balthazar vnde Wilhelm — — bekennen — daz wir dem erwirdigin in gote vatir vnde herren hern Johanze byschoffe zcu Mysne haben vorkouft recht vnde redlichen C schok vnde X schok gutir groschin prager m̄vnce ierlichs cinses vmbe vierzehenhundirt schok dez selbin geldis vnde m̄vnce, der er vns yczunt genzlichin vnde zcu male bezalt hat, vnde wir sie in vnsern nvez gewant haben, dy em alle iare sullen geuallin in vnsern nachgeschriben stetin, zcu